In salutem paratam reuelari in tempore nouissimo.
Paratae sunt ergo sedes in regno dei. paratae mansi
ones in domo patris. In quo exultabitis. Modicum
nunc si oportet contristari in uariis temptationibus.
Quod dicit in quo. significat in eo quod tempore no
uissimo salus parata reuelabitur ac dignis dabitur.
Modicum nunc si oportet contristari. Oportet namque
contristari. quia non nisi per tristiciam saeculi labentis et
afflictiones. potest ad gaudia aeterna perueniri.
Modicum autem dicit quia ubi me ruerit aeterna retri
buere. breue uidebitur ac leue totum fuisse quod
in saeculi tribulationibus graue uidebatur et acerbum.